

KL
497

Tc. 7.

*ÆqVa CastrorVM aCles or Dinata, **
*per MVLTas CLasses DistribVta, **

S I V E

THESES INAUGURALES

D E

S U C C E S S I O N E

A B

I N T E S T A T O,

Q U A S

CaMpo DIVæ Astrææ InCrVento, *

sVb CLypeo & GaLeâ sVpreMI Del, *

A C

P R Æ S I D I O

PRÆNOBILIS CLARISSIMI, & CONSULTISSIMI
VIRI ac DOMINI

D. JOANNIS NABBEN

Juris Utriusque Doctoris, Inclitæ apud Ubios Facultatis

Juridicæ Professoris Ordinarii ac Dictatoris,

N E C N O N

PRÆNOBILIS CLARISSIMIQUE VIRI ac DOMINI

D. ERNESTI SALENTINI WALTHERI

CURTII à Goltzheim / Juris Utriusque Licentiati, & Facultatis

Beneficæ Fisci,

sVb rItV ACaDeMICo

pro LaVreâ aC paLMâ IVrls reportandâ, *

In congressu publico disceptandas propugnabit

FRANCISCUS WILHELMUS BERTRAMUS

CLAPHAWER COLONIENSIS,

Die Mensis Aprilis.

COLONIAE AGRIPPINÆ.

Typis VIDUÆ PETRI THEODORI HILDEN
Cum Privilegio Venerandæ Facultatis Juridicæ.



Proludens CLASSICUM.

Dege & regne non InfeLIX P O L E M A R C H E , *

Deo aC fortVnâ CoMItibVs ! *

DIVa faMæ bVCCIna *

& orbIs orDo gestorVM ConsCIVs *

noVas ALCIDæ NASSAVIO paLMas , *

non COLVMNAS gaVDent stabilIre , *

VirtVte arCtlores Metas transCenDente : *

VoVeo Larglora De poLo InCreMenta ! *

VOTA AD ARMA LEONIS A CAQVILÆ.*


oMnia sVCCe DVnt terrestrIa: prosperet Æther,
per Maneant ALes, DIVVs & ILLe Leo!



Sartor fecit Colonia. 17.

PrasIDet Inter aVes ALes, Leo sCeptra ferarVM *
oCCVpat; ERNEST I par an IMago graDV? *

VOTA AD ARMA LEONIS AC QVILAE
o Mula in CCS Dm m...
per Manent Alas DIVVS & HA & Leo!



oc... ERNEST...
Der... Leo...
Im... D...

S
A
P
E
m
fl
Rh



sim
claf
p...



ILLUSTRISSIMO

Ac

EXCELLENTISSIMO DOMINO,

D. JOANNI

ERNESTO,

S. MAJESTATIS CÆSARÆ

AC SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS

PALATINI SUPREMO CAMPI MARESCALLO

Ejusdēmq̃ altesaræ Serenitatis suæ Consiliario Intimo

magno Aulæ Præfecto, Ordinis S. Huberti Equiti, ac Con-

filiū Aulicū Militaris Præsidi, Ejusdēmq̃ & Circuli Superioris

Rheni castrorum Generali, Domūs Electoralis Commendanti, prætorianæ militi-

Capitaneæ, geminarum equestris ac pedestris legionum pyrobolariarum Chiliarchæ,

Civitatis & arcis Duffelanæ Gubernatori, Comiti Nassavio, Sarbrugenſi,

Weilburgenſi & Saarverdenſi, Toparchæ in Lahr, Wisbaden & Itzſtein

&c. &c. Domino suo Gratiosissimo,

treCentas LaVrearVm ILlaDes. *

ILLUSTRISSIME AC EXCELLENTISSIME &c. &c.



Quandoquidem inter Togatam ac Saga-

tam Palladem, spectat à ratione officii, non exigua in

tercedat affinitas & quasi cognatio, quòd utraque supporem tra-

dat disciplinam; hec in campomartiali, illa in palestrâ utrim-

que non indecoro sordescat pulvere; hec armorum apparatu

illa præceptorum ornatu in arenam prodeat; hec ardua vincena

studio, illa verò ardua penetrandi, ut Lauream utrobique pro-

positam fatodiſpari, ast laude pari consequatur; Hinc Illustris-

sime ac Excellentissime Domine, non abs re præsentēs Theſes Juridicas, quasi Acieſm it

classeſ ſuas juſtè digerendās cenſui, ut leges bellicas, quantum licet, in proximo conſiſti

publico imitarer, & sub Tuſ Digniſſimi Patroni Ducisſque perquam famoſi auſpicii

can

ampum inò arenam ingredi, sive à Leonino Scuti Robore animos, sive ab acie Aquinà lumen & numen propemodum accepturus. Ingenuè fator, scribere tentanti calamus et inutilis hæsit, pudor ab accessu non semel inausum me cohibuit, ac oblatura manus obnumus Excesso Nominè Tuo ac merito inferius palpitavit: verum expendens aliis, quòd Comitatus & Humanitas in gradu excellenti Comitem præprimis exornarent, factò virtutum quarumvis arduarum comitatu dicam, an exercitu glorioso; non potui, aut debui reterere, quò minus Te nostrà dudum præsignem Familiæ Patronum, Fantoremque in Thesium Herculem ac Atlantem inconcussam nuncuparem, potiùs licet fiducia, quàm iudacia errorem commissurus, ne gratia ima ponatur obex, dum apex prima, meritorum lesèdum meorum impeditur. Scio, testante Vegetio lib. 3. c. 6. Solemne fuisse prisca armorum Ducibus, Minotauri signum in castris circumferre, ad docendum hoc sobemate symbolico, seu emblemate, qualiter id monstrum inter opacos intinòsque Labyrinthi recessus latere perhibetur, sic Ducis consilia semper occultari oportere, ac velicini faciendà. Ingeio gloriatur tali non carpèdo antiquitas; vivet in ceris ac cedris, vivet in gloria obeliscis, perennabit in animis posterorum invicta Virtus ac immortale Decus Aquilæ ac Leonis Nassavii, in Togâ magnifici, in Sago magnanimi, utrobique laudis humanæ sphaeram supergressi; dum Leone Scutario plus vigilantis habes, plus Aquilâ perspicacis, scilicet à supremâ Imperii Aquilâ, & magno Leone Palatino, castrorum Oculus pervigil, & summus Imperator constitutus, ut de utrisque fidelius, quàm de M. Alexandro Hephæstione, vigilando & triumphando merearis, eò magis formidandus hostibus, quòd hi Tua ignorent consilia, Excellentia verò Tua Argo similima, perspicat aliena. Nolum modò in tubium vocare Effatum Plinii, mirandam inesse vim pennis Aquilæ, ad eò ut aliarum vocerum permauis junctæ consumantur: siquidem Tuæ proprium est Aquilæ verò bellatiori, ac crispacis, hostes querere, conterere, ac Lauros mectere, dum excelsa prudentia, dexteritas ac celeritas, quasi totidem Achates, Te, quasi Æneam novum indiviso passu stipantes conitantur. Neque verò Heroica rei Polemicæ gloria & præcellens scientia ità Tuos circumscripsit Titulos, ut intractandâre Politicâ non perennem iudicii ac ardua Mentis Palnam obtineas, famâ instante tubam: verè Leonem Palatinum fuisse vigilantem, cum Te Aulico Militaris Consilii Præsidem ac quasi Apollinem, præ Delphico fundentem oracula, nuncupavit, inò Sedem propriam Tibi concedidit, ne Meritis quicquam illustrius negasse crederetur. Dixim quasi laconismo: in Leone Tuo eminet, qualis in Sanjonico, udic. 14. Dulcedo ac Fortitudo; hæc in hostes, illâ in subditos perinde animosus, arduas Majorum laudes ac splendores non aquasti modò, verum in Te quasi novâ in Pandorâ minenter collegisti. Quare parentibus meis mihi que impensis tot Gratiis, hoc micum rogo terumque quàm humillimè rogo auctarium, Excellentia Vestra dignetur Pagellam hanc Thesium, sub Titulo: Æqua Castrorum Acies ordinata, clemente oculo intineri, ac tanillo sa vere conatus; qui Excellentiam Vestram ac præcellam Domum forti Scuto Altissimi, me ac meos Gratia Vestra Chæpeo defensus percipiens, emorior

Perennla eXoptans DeCora & InCreMenta, *

Illustrissimi ac Excellentissimi Domini mei
ac Patroni gratiosissimi &c. &c.

Devoctissimus Servus ac Client

FRANCISCUS WILHELMUS BERTRAMUS
CLAPHAWER.



CLASSIS PRIMA

D E

Successione descendendum.

M E M B R. I.

IN Successione ab intestato prima subsellia descendunt descendentes, sive liberi; cum enim his natura simul & parentum commune votum hereditatem tribuat, *L. 7. in fin. ff. si tab. test. null. ex. hinc jure merito tam ascendentibus, quam ex latere venientibus præferuntur, L. 11. Cod. de suis & legit. Lib. nov. 118. cap. 1. in pr. verum cum non unius generis sint liberi, sed alii legitimi & naturales simul, alii legitimati, nonnulli legitimi tantum, de singulis videndum.*

II.

Liberi ex justis nuptiis geniti parentibus ab intestato succedunt, exclusis omnibus ascendentibus & collateralibus, quantumvis gradu proximioribus conjunctis. Quæ Assertio procedit, sive fuerint masculi sive fœminæ, *L. pen. & L. ult. Cod. de leg. hered. nov. 118. Sextus enim differentia in successione bonorum alodialium est sublata, L. 11. Cod. fam. heredit.*

III.

Sive sint sui, sive emancipati, *L. fin. Cod. de leg. hered.* Differentia enim patriæ potestatis & emancipationis sublata est, & liberi parentibus jure sanguinis succedunt. *Auth. in success. Cod. de suis & leg. hered.*

IV.

Sive sint nati, sive posthumi, §. 2. *in f. & 8. Inst. de hered. que ab intest. L. 6. 7. ff. de suis & legit. hered.* Posthumus enim, quoties de favore ejus agitur, pro iam nato habetur, *L. 7. 26. ff. de stat. bom.* requiritur autem, ut justo tempore vivus, nec monstrosus edatur, neque interest, an ordinario partu editus, an verò ex utero materno exsectus, modò utroque casu spiritum ediderit, *L. 12. ff. de lib. & postb.* etiamsi in manibus obstetricum etiam ante baptismum decesserit, imò, quantumvis vox ejus non fuerit exaudita, *Carpx. p. 3. consl. 17. des. 19. male dissentit Joan. à Sando decis. frij. lib. 4. tit. 8. des. 8.*

V.

Quæres. Quodnam sit tempus legitimi partus? R. etiam initio septimi mensis à die nuptiarum computandi, non antè, natum præsumi legitimum, *L. 1. 2. de iur. bom. & L. 3. §. 12. ff. de suis & legit.* Item initio quoque undecimi mensis ab obitu mariti, non ulteriore tempore genitum in dubio præsumi legitimum, nisi urgentissimæ conjecturæ suadeant contrarium, ut si uxor esset adulterii clarè convicta, & insuper proles adultero nimium assimiletur, vel si cum nimio mariti senio ejusdem quasi manifesta infirmitas virium concurreret, *Loet. de re benef. L. 2. quæst. 48. n. 61. & seqq. Sabell. in summ. verb. filiaro, n. 3. vers. item suprascripta.*

VI.

Quæres. Admittaturne nepos posthumus, post mortem avi demùm conceptus, ad successionem avi? R. Jure institutionum & digestorum non admitti, jure pratorio & novellarum verius est admitti. *Hannold. de f. & f. com. 1. tr. 5. cap. 3. contr. 2. §. 3. n. 419. Hunn. var. resol. lib. 3. tr. 1. q. 7.*

VII.

Sive sint Laici, sive Clerici aut Monachi, *L. 55. pr. & §. 1. L. 56. §. 1. Cod. de Episcop. & Cler.* ita tamen, ut Monachus vel Religiosus emissâ professione hereditatem acquirat Monasterio bonotum capaci, *per nov. 123. c. 38. indeque de sumpt. Auth. Si qua mulier Cod. de St. Ecclesiis & cap. 16. caus. 18. q. 2. Ubi*

B

VIII.

Quæres. Utrùm hæreditas Monasterio acquiratur immediatè, & quatenus repræsentat personam Monachi, an solum mediatè, hoc est, mediante personâ & voluntate Monachi? Quæstionis hujus non videtur esse magna utilitas in primo succedentium ordine, hæreditatem ascendentium enim transmittit Monachus moriens ante aditionem in ipsum Monasterium per jus iutatis: a si de hæreditate ab extraneo relicta disceramus, multum interest, an mediatè, an immediatè Monasterio acquiratur; si enim dicamus mediatè, tunc necessaria est aditio ipsius Religiosi, quo ignorante, invito, aut post delatam, nondum aditam hæreditatem mortuo Monasterium illam adire non poterit; contra si stemus pro acquisitione immediatâ, nullâ opus est Monachi aditione ad acquirendam hæreditatem. Placet hoc posterius asserere cum *Molinâ de j. & j. tom. 1. tr. 2. disp. 140. Haunold. de j. & j. tom. 1. tr. 4. cap. 1. contr. 4. n. 49. dissentit Fachin. 6. contr. cap. 16. cum multis aliis.*

IX.

Sive sint secundo sive primogeniti, excipio, nisi fortè alicubi jus primogenituræ vigeat, vicuius inter fratres potior est in hæreditariâ successione, qui prior est natiuitate, ac fratribus reliquis saltem condignant provisionem annuam constitucere tenetur, quæ portio Gallis dicitur *Apennage*. Quid autem in casu, quo plures simul editi, & incuriâ obstetricum non observatam, quis primò natus fuerit, ratione successionis iudicandum foret, vid. penes *Tyraquell. de iur. primog. g. 17. Strycck. de success. cap. 3. diss. 1. §. 21.*

X.

Natus, antequam pater ipsius Rex vel Dux &c. creatus esset, iure primogenituræ in Regno. Ducatu nihilominus præfertur alteri, qui post adeptam patris dignitatem genitus est. *Carpz. p. 2. c. 10. d. 32. Strycck. d. diss. 1. c. 3. §. 20.*

XI.

Sive fuerint soli liberi primi, aut ulterioris gradûs, sive denique primi gradûs concurrant cum aliis ulterioris gradûs, qui tres casus specialiter notandi.

XII.

Primo casu, quo nimirum ex defuncto Parente supersunt soli liberi primi gradûs, successio æqualiter fit in capita. *Merx. in specu. success. par. 2. cap. 2. sect. 2. quæst. 1. n. 7.*

XIII.

Secundo casu, quo soli liberi ulterioris gradûs existant, refert, sintne omnes ex eadem stirpe, an diversâ: si ex eadem ut v. g. tres nepotes ab uno filio generati, successio sine dubio fit in capita, si ex diversâ, ut v. g. si Mavius habuerit duos filios, ex quorum præmortuo reliquit quatuor, ex altero quinque nepotes, successio fit in stirpes, §. 6. *inst. de hered. quæ ab inst. L. 2. Cod. de ius & legit. liberis.*

XIV.

Tertio casu, quo liberi primi gradûs concurrunt cum liberis ulterioris gradûs, successio itidem fit in stirpes, *nov. 118. c. 1. L. 1. §. 4. & 6. ff. de ius & legit. hered. Recessus Imperii Augusti habitus de anno 1500. tit. De Succession des Diether oder Entfelen.*

XV.

Quæres. An Jus repræsentationis in lineâ rectâ descendentium in infinitum se extendat? *Re. affirmativè. Ita Manz. tr. de success. ab inst. diss. 2. n. 71. & 78. Struv. exercit. 38. th. 18.*

XVI.

Quæres. An, in casu, quo ex pluribus filiis unus hæreditatem Patris repudiat, hujus repudiantis descendentes in repudiantis locum subintrando cum aliis defuncti filii succedere valeant? *Re. affirmativè cum Brunn. ad L. 2. n. 3. Cod. de success. edit. dissentit Strycck. diss. 1. cap. 2. d. 39.*

XVII.

Sequuntur liberi legitimated, qui non unius generis sunt, sed alii per subsequens matrimonium legitimated, alii per rescriptum principis, alii demum per oblationem Curiae.

XVIII.

Liberi naturales per subsequens matrimonium legitimated plenum jus liberorum ex legitimo matrimonio susceptorum consequuntur. § 2. inst. de hered. que ab intest. unque cum iis pari jure succedunt. L. 10. Cod. de natur. lib. nov. 12. cap. 4.

XIX.

Nilhil autem interest in hac legitimatione, quo tempore matrimonium sit contractum, adeo ut si in articulo mortis hoc factum, legitimatione tamen subsistat, neque matrimonium intermedium, quod intercessit post suspensionem naturalium, hanc legitimationem vitiat. Straub. diss. 4. th. 9. Forst. L. 6. c. 23. n. 15.

XX.

Queres. An etiam statutum, quo foeminae exstantibus masculis a successione legitima excluduntur, nomine masculorum legitimated per subsequens matrimonium comprehendat. ? R. affirmative Gail. 2. obs. 141. Carol. Anton. Bottier. Tr. de success. ab intest. c. 1. theor. 9. n. 1.

XXI.

Queres. An in casu, quo Titius, v. g. primo ex Catharina bastardum, & sequenti tempore ex Caja conjuge filium legitimum procreasset, si mortua Caja conjuge Catharinam duxerit, talis per subsequens matrimonium legitimated filio legitimo in feudo primogeniturae aut majoratus sit preferendus? ardua haec est quaestio, qua in utramque partem inter DD. acriter disputatur, affirmative resolvunt Merz. de success. p. 2. c. 2. sect. 5. n. 18. Anton. de Rosell. in Tr. de Leg. Lib. col. 5. Tyraquell. in L. si unquam Cod. de revocand. donat. & in Tr. de Primog. quest. 34. Ego tamen negativae & communiter receptae subscribo cum Martae de success. p. 1. q. 11. art. 2. Treun. & Bachov. vol. 1. disp. 2. th. 7. Lit. B.

XXII.

Queres. An nepos ex legitimo filii naturalis thoro genitus per matrimonium Avi etiam post mortem filii contractum legitimated ad eum effectum, ut ex tunc Avo succedere possit una cum aliis filiis avi legitimis? R. affirmative cum Stryk. d. cap. 2. §. 67. cum aliis praecisam hac legitimatione ab avi successione fuisse exclusus Stryk. loc. cit. §. 48. secus dicendum, si nepos ex defuncto filio naturali ipse quoque naturalis fuerit, quo casu eundem per solum avi matrimonium ad praefatum effectum legitimated non posse, sustineo cum Lauerbach. disp. de legit. per subsequ. mari. th. 31.

XXIII.

Liberi per rescriptum principis legitimated nullis exstantibus iustis liberis ante legitimationem rescripto factam, esto ex post-facto nascantur tales, una cum iis aequaliter succedunt.

XXIV.

Exstantibus vero liberis legitimis videndum, num in libello supplici, ubi legitimated a principe petita est, mentio facta liberorum legitimorum, an hi silentio sint praeteriti. Priore casu, & si princeps ex plenitudine potestatis, ac adjecta clausula: non obstante, quod essent liberi legitimated: liberos legitimos rescripserit, taliter legitimated una cum legitime natis aequaliter succedunt, Stryk. diss. 1. c. 2. §. 74. posteriore casu vero legitimated per liberos jam legitime natos a successione excluduntur, censeturque ejusmodi rescriptum subreptitium, nov. 89. c. 11. §. 1.

XXV.

Queres. An exstantibus statutis, quod scilicet masculi excludere debeant foeminas, filii taliter per rescriptum legitimated excludant filias etiam legitimas? graviter circa hanc quaestionem DD. disputare dicit, Gail. lib. 2. obs. 140. n. 1. Ubi fundamenta partis affirmative & numerum Authorum pro ea cumulat, sed tandem n. 6. & seqq. pro negativae pugnat cum Curr. sen. cons. 16. num. 4. quam

Cameram Imperialem sequi idem testatur *num. 6.* ideoque tali casu filia cum similiter legitimato filio in successione concurret, *Covarr. de matr. c. 8. §. 8. num. 3. Dec. conf. 53.*

XXVI.

Legitimi per oblationem Curia; si à patre curia; offerantur, eidem (non aliis per patrem junctis) una cum aliis filiis justis succedunt. *nov. 89. c. 3.* si autem seipfos offerant; non nisi liberis justis deficientibus succedunt *d. nov. c. 2. §. 1.* verum cum hic legitimandi modus exoleverit, cum Stryk. me remitto ad *Forst. L. 6. cap. 40. & seqq.* filiis hæc tractantem.

XXVII.

Hæc de liberis legitimatis, transeundum nunc ad liberos legitimos tantum, quos nempe sola legis autoritas citra naturæ concursum liberos efficit, qui adoptivi appellantur, hi autem duplicis sunt generis, alii adoptivi in specie sic dicti, alii arrogati.

XXVIII.

Liberi legitimi tantum sive adoptivi in specie sic dicti durante adoptione patri adoptanti tam extraneo, quam ascendenti una cum filiis ejus legitimè natis indistinctè ab intestato succedunt; neque refert, an filii ante, an post adoptionem nati sint, *L. 5. Cod. de suis & legit. lib. L. 17. §. 3. de adopt.* quod si liberi legitimè nati non extant, adoptivi soli succedunt exclusis omnibus ascendentibus patris adoptivi, *L. 2. §. 6. ff. ad S. C. Terryll.* Quod jus adhuc hodie viget, cum nullo posteriore Jure mutatum reperiatur.

XXIX.

Quæres. An adoptatus cum acquisito Jure succedendi adoptanti, in simul etiam jus succedendi patri suo naturali retineat? *Res. de Jure novissimo affirmativè.*

XXX.

Non autem aliter adoptati succedent, quam si adoptio duraverit usque ad mortem adoptantis, si enim adoptatus vivo adoptante emancipetur, distinguendum, an emancipetur ab ascendente, num ab extraneo; si prius, jus succedendi manet, dummodò emancipatus respectu ascendentis sit gradu proximus, *Arg. laud. nov. 118. c. 1.* si posterius, jus succedendi extinguitur *§. 2. inst. de adopt. l. 10. §. 2. cod. eod.*

XXXI.

Arrogati durante arrogatione una cum aliis liberis legitimè natis arrogatori succedunt, dissolutà verò arrogatione jus succedendi amittunt *§. 1. & 14. inst. de hered. qua ab intest. l. 1. §. 2. ff. de suis & legit. hered.* & quia arrogati una cum bonis suis familiæ arrogatoris aggregantur, in ejusque potestatem transfunt, idcirco etiam ad successiõnem agnatorum & cognatorum defuncti arrogatoris admittuntur, *L. 10. §. ult. cod. de adopt.*

XXXII.

Dicendum nunc ultimò de naturalibus tantum, qui ita appellati, quòd sola natura hos liberos efficiat, citra legis assistentiam, hi verò potissimum triplicis sunt generis, alii ex concubinâ nati, qui in specie naturales appellantur, alii vulgò quæsti, seu spurii, alii demùm ex damnato coitu geniti.

XXXIII.

Naturales seu ex concubinâ nati, patri suo in sextante hæreditatis succedunt, hoc est, in duas uncias, sive sextam partem bonorum dividendam in capita, ita ut mater naturalis (supposito, quòd sola fuerit Patris defuncti concubina) tantum capiat; quantum unus filius, *nov. 89. c. 12. §. 4. & seq.* Sed hoc procedit de solis liberis gradu proximis, ac eo casu, quo justii liberi ac uxor legitima non extant, secus liberi naturales in totum à successiõne patris remonentur, *nov. 18. c. 5. nov. 89. c. 12.* Sed

XXXIV.

Quæres. Quomodo ille succedet, qui procreatus à parentibus, qui sponsalia inierunt, ac se publicè proclamari fecerunt, sed propter mortem v. g. sponni soleanni copulatione & benedictione nuptias non celebraverunt? recordor istum

istum casum aliquando acriter ventilatum esse, ego cum plurimâ parte DD. sustineo eundem succedere, non ut filium ex legitimo matrimonio natum, sed ut filium naturalem, dissentit. *Merrz. de success. p. 2. cap. 2. sect. 4. n. 18. juncto Capz. & aliis.*

XXXV.

Dicta de naturalibus procedunt in successione paternâ, ad matris enim, nec non aviae & reliquorum per lineam maternam ascendentium hereditatem naturales unâ cum liberis legitimis æqualiter admittuntur: quod ampliat *Stryk. diff. 1. c. 2. §. 5. 2.* ut etiam naturales unâ cum legitimis succedant matri illustri, eo quod *L. si qua illustri C. ad S. C. Orf. à successione matris illustri legitimis habentis repellat spurios duntaxat, verùm naturales etiam tunc excludi hodie omninò tenendum est cum communi & receptâ aliorum DD. sententiâ.*

XXXVI.

Liberi spurii seu vulgò quæsti patri & aliis per lineam paternam conjunctis nullatenus succedunt, neque enim patrem habere intelliguntur, utpote nimis incertum, *Arg. L. 23. ff. de stat. hom. quod si tamen quis quovis modo pater probaretur, alimenta proli spuria præstare teneretur, C. 5. inf. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. Imò Gail. 2. obs. 88 n. 7. exillimat, filie, quamvis spurie, modicam dotem, qua vices alimentorum subeat, solvendam esse.*

XXXVII.

Matri verò, cæterisque per lineam maternam ascendentibus spurii unâ cum liberis legitimè natis æquâ lance succedunt, §. 3. *inst. de S. C. Orf. nisi fortè mater sit persona illustris, & alios liberos ex justis nuptiis susceptos habeat, quo casu spurii neque ab intestato, neque ex testamento, neque donatione inter vivos aliquid à matre suâ consequuntur, L. 5. Cod. d. t.*

XXXVIII.

Liberi ex specialiter damnato coitu geniti nec patri, nec ascendentibus per lineam sive paternam sive maternam ab intestato vel ex testamento succedunt, *nov. 74. c. ult. nov. 89. c. 12. indeque desumptâ Aub. ex complexu, Cod. de incest. & inuil. nupt. ità ut iis de jure civili nequidem alimenta à parentibus debeantur d. Aub. Jure tamen Canonico iis alimenta deberi communiter placuit DD. per cap. 5. X. de eo qui duxit in matr. in quo puncto jus Canonicum hodie sequimur; Gail. 2. obs. 88. n. 4.*

XXXIX.

Quæres 1. An geniti ex solutâ & Clerico sæculari in majoribus constituto: 2. An geniti ex incestu, qui non de jure Justiniano, sed solo statutarie vel Canonico jure talis est: 3. An geniti ex conjugato & solutâ: 4. An geniti ex coitu verè damnato, quem uterque vel alteruter coætantium simplicem fornicationem esse credidit, pro liberis damnatis sint habendi, ità ut neutri parentum, nec patri, nec matri, aut aliis ascendentibus vel collateralibus succedere valeant: ad primam contra *Harr. Pift. lib. 1. g. 42. n. 9. & segg. B. affirmativè per L. 4. C. de Episc. & Cleric. Clem. un. de confang. & affin. Ord. Jul. cap. 77. cum Keller de success. tit. 2. c. 4. n. 10 ad 2. questionem B. negativè cum Stryk. diff. 1. cap. 2. §. 59. Zoes. de rit. nupt. n. 19. ad 3. contra Barry de success. lib. 18. tit. 1. lib. 16. n. 18. & Merrz. p. 2. c. 2. sect. 4. n. 23. B. affirmativè cum Stryk. L. cit. §. 57. ad 4. B. negativè. vid. Stryk. diff. 2. cap. 1. §. 47. Perring & alios.*

CLASSIS SECUNDA

D E

Successione ascendentium.

XL.

Quod si descendentes omnes deficiant, & contra communem naturam cursum, vorùmque parentum accidat, ut

Occidat ante patrem natus, avinque nepos.

Tunc secundo ordine succedunt ascendentes gradu proximiores exclusis remotioribus, nullo jure representationis admisso, *nov. 118. c. 2. Forst. lib. 7.*

C

cap.

cap. 8. n. 23. adeoque mater non existente patre sola defuncto filio succedet, exclusis avo & proavo tanquam gradu proximioribus, itemque avus solus, exclusis proavo & proavia paternis.

XLI.

Quæres. Succedantne parentes liberis cum, vel sine distinctione bonorum? prima sententia tenet, ea quæ per lineam paternam ad liberos pervenerunt, obvenire debere solis ascendentibus paternis, quæ per matrem solis ascendentibus maternis, ita Schneid. in comm. ad d. nov. 118. de secund. ord. succed. n. 12. Berlich. p. 3. concl. pract. 20. n. 14. & seq. altera sustinet parentes sine distinctione bonorum succedere debere, ita Haunold. c. 3. contr. 3. §. 1. n. 466. Vinn. select. juris quæst. l. 2. cap. 31. circa f. W.ffenbach. disp. 30. ub. 24. ubi testatur in Camera spirensi ita pronuntiatum esse, cui posteriori sententia & ego subscribo.

XLII.

Si defunctus nec patrem, nec matrem, sed v. g. solum avum & aviam matrem post se reliquerit, tunc hi defuncto nepoti succedunt in capita, nov. 118. c. 2. Si verò decesserit relicto avo & avia paternis: item avo & avia maternis, ha quatuor personæ succedunt quasi in stirpes; idem dicendum, si defunctus post se superstites v. g. in lineâ paternâ avum paternum & aviam paternam, in lineâ maternâ solum avum matrem, aut si in lineâ paternâ solum avum, in maternâ verò avum simul & aviam reliquerit.

XLIII.

Si fratres aut sorores defuncto utrinque conjuncti cum ascendentibus concurrant, unâ cum his succedunt. Sed

XLIV.

Quæres. Quomodo, in capita, an in stirpes, seu quasi & jure lineæ, ut appellantur? ð. distinguendum esse, num soli fratres defuncti cum ascendentibus concurrant, an etiam cum ascendentibus & fratribus fratrum defunctorum filii, primo casu successio fit in capita d. nov. 118. c. 2. vers. si verò. Secundo casu ascendentes & fratres germani succedunt in capita, fratrum verò defunctorum filii in stirpes nov. 127. c. 1. dissent. Cyphan. in explanat. inst. rubr. de success. ab intest.

XLV.

Quæres. An fratrum germanorum filii indistinctè cum ascendentibus succedant, an verò eo demùm casu, quo defunctus præter ascendentes & fratrum filios etiam fratres reliquit? prius affirmant Haunold. contr. 3. §. 2. n. 478. Stryk. diss. 2. c. 1. §. 31. Ritterbus. p. 7. c. 10. n. 9. ubi dicit, hanc sententiam communiter à DD. esse receptam Joh. à Sande decis. fris. lib. 4. tit. 8. def. 3. Carpz. p. 3. c. 17. d. 4. n. 3. Præjudicia adducit D. Herold. Tr. de jur. repræs. c. 4. sect. 2. memb. 1. conol. 1. §. 4. Posteriorius tenent Cujacius ad Nov. 118. Schambogen ad tit. 9. inst. l. 3. rubr. de success. ascendent. Perez in Cod. ad S. C. Terryll. n. 8. ego priorem amplector sententiam argumento deducto ex Nov. 127.

XLVI.

Quæres. An in casu, quo soli fratrum filii absque patris cum ascendentibus concurrunt, quoad filios fratrum successio fiat in capita, num verò in stirpes? ð. in stirpes, adeoque filii fratrum plus non consequuntur, quam eorum parens, si vixisset, accepisset, Stryk. d. diss. c. 1. §. 30.

XLVII.

Quæres. Quomodo ipsi ascendentes numero dispares inter se succedant in casu, quo nulli fratres defuncti concurrunt, sed soli fratrum filii? ð. succedere in capita, filii verò juxta resolutionem præcedentis Quæstionis succedunt in stirpes, ita Haunold. Stryk. Manz.

XLVIII.

Parentes liberorum naturalium per subsequens matrimonium legitimatorum iisdem succedunt, perinde ac parentes ex justis nuptiis, cum etiam jura successionum soleant esse reciproca, hinc parentes legitimacione justii eodem ferè jure utuntur, quo liberi legitimati, consequenter, quæ superius de liberis legitimacione justis dicta fuerunt, ad parentes quoque cum proportione applicari possunt.

XLIX.

Pater adoptivus extraneus filio adoptato non succedit, pater enim naturalis omnia iura in filium integra retinet, §. 4. *inst. de hered. que ab intest. l. 10. §. 1. & 2. Cod. de adopt.* Aliud dispositum est de patre adoptivo ascendente, v. g. avo paterno aut materno, hi enim, esto non sint gradu proximi, nepoti tamen & respectivè filio adoptivo ob dupliciteram vinculi de jure Codicis ita succedunt, ut patrem naturalem excludant, *L. pen. pr. vers. si verò pater naturalis Cod. de adopt.* Sed

L.

Quæres. An idem dicendum de jure novissimo? *Re. negativè cum Haunold. contr. 3. §. 1. n. 460.* Unde censo hodie in nepotis adoptati successione patrem & matrem naturalem cum avo adoptante concurrere ac æquales portiones capere, confer *Stryk diff. 2. c. 1. §. 36.*

LI.

Arrogator filii impuberis arrogati eidem non succedit, præferunt enim ei alii cognati impuberis, quibus initio factæ arrogationis cavere debuit, quod si arrogatus infra annos pubertatis decesserit, bona ipsius velit restituere illis, qui arrogatione non factâ ab intestato successissent, §. 3. *inst. de adopt. l. 22. pr. ff. eod.* quod si filius arrogatus pubes, nec liberis legitimis relinquens decesserit, pater arrogator eidem succedit, *Arg. §. 14. inst. de hered. que ab intest. §. 2. inst. de acquisit. per arrog. & l. pen. §. ult. Cod. de adopt.*

LII.

Pater naturalis tantùm filio suo naturali sine legitimis descendentibus & justâ conjuge defuncto saltem in duabus unciiis succedit, *Nov. 89.* secùs dicendum de matre naturali, ac reliquis per lineam maternam ascendentibus; & quidem mater naturalis, si sola superfit, succedit in hæreditate filii naturalis, §. *ult. inst. de s. C. Tert.* Quod si pater naturalis cum illâ concurrat, mater succedet in decem, pater in duabus duntaxat unciiis, *Auth. licet. infr. Cod. de natur. lib. nov. 89. c. 13.* Ascendentes materni si existant, soli succedunt in totâ hæreditate concurrente patre naturali in decem unciiis.

LIII.

Quæres. Quid juris, si cum patre & matre naturali concurrant fratres defuncti ex eodem concubinato progeniti? variant DD. nam *Haunold. contr. 3. §. 2. n. 483. cum Schneid. inst. de hered. que ab intest. rubr. de success. parent. natur. tantum n. 45.* vult fratres naturales unâ cum matre in dextante succedere, econtrâ fratres hoc casu à matre penitùs excludi, placet *Stryk d. diff. c. 1. §. 46.* cujus mentis etiam videtur esse *Harprecht ad pr. inst. de hered. que ab intest. n. 400.*

LIV.

Filio spurio, qui ob nimiam incertitudinem patrem habere non intelligitur, sola mater carerique per lineam maternam ascendentes succedunt, nisi mater illustris sit, & filius liberis legitimis habeat, *Arg. l. 5. Cod. ad S. C. Orfit.* Liberis ex damnato coitu natis neuter parentum succedit, *Auth. ex complexu Cod. de incest. nupt.*

CLASSIS TERTIA

D E

Successione Collateralium.

LV.

Efficientibus & descendentibus & ascendentibus tertiam succedentium classem constituunt collaterales, quorum omnium primi sunt fratres sororesque germani *Nov. 118. cap. 3.* Si verò cum quibusdam fratribus sororibusque germanis adhuc vivis quorundam defunctorum filii concurrant, hi cum illis in stirpes admittuntur, *d. cap. 3.*

C 2

LVI.

Quæres. Quomodo fratrum filii si soli existant, succedant, in capita, an in stirpes? prima sententia tenet succedere in stirpes, ita ex Antiquis *Accursius* & *Ovidendorpius ad leg. 12. Tabul. reg. 20. fol. 56.* ex Neotericis *Bachov. in Treut. disp. 16. th. 5. lit. B.* Secunda sententia tenet succedere in capita, ita ex Theologis *Hauhold. c. 3. contr. 4. n. 495. & seq.* ex Juristis *Pinnius de success. ab intest. ex jure noviss. p. 49. c. 30. Fach. contr. cap. 3. lib. 6.* ut securius in hac quaestione progrediamur, lubet certa ab incertis discernere.

Certum itaque est primò, jure Imperii fratrum filios, si soli sint, succedere in capita. Ita enim statuit *Carolus V. in comitiis Spirensibus Anno 1520 die 23. April. §. 31.* hisce verbis: *Wan einer untestirt abstirbt / und nach ihm kein Bruder oder Schwester / sonderen seiner Brüder oder Schwester Kinder in ungleicher Zahl verläßt / daß alsdan dieselbige seines Brüders oder Schwester Kinder in die Häupter und nicht in die Stämm erben sollen / 2c.*

Certum est secundò, etiam jure Romano veteri fratrum filios, si soli existant, vocari in capita. Ita clarè deciditur *in l. 1. §. ult. ff. si pars hered. petat.* idem dilucidè decedit *Imperator Justin. in l. pen. Cod. de legit. hered.*

Cardo igitur præfatae Quaestiois potissimum versatur in eo, idèmnè obtineat inspecto jure novellarum &c. & jure novellarum succedere in capita.

Post fratres & sorores germanos, eorumque filios vocantur fratres & sorores unilaterales, consanguinei & uterini in capita, & cum his quibusdam adhuc vivis aliorum defunctorum fratrum filii in stirpes exclusis nepotibus, jus enim representationis in lineâ transversali ultra fratrum filios non extenditur, *Null. post fratres fratrumque Cod. de leg. hered.*

Quæres. An in concursu consanguinorum & uterinorum fratrum facienda sit bonorum divisio, ita ut paterna consanguineis, materna uterinis obveniant? affirmativam communi praxi receptam & in patriâ Colonienf. *tit. 5. §. 5.* clarè decisam, etiam de jure communi receptam sequuntur *Marez. de success. p. 2. c. 4. sect. 2. n. 9. Stryk. diff. 3. c. 1. §. 22. Berlich. p. 3. concl. 20. n. 1. Nev. ad jus lub. p. 2. tit. 2. art. 20. n. 3.* sed verior in puncto juris est negativa, quam sequitur *Hauhold. contr. 4. n. 515. Fach. 6. contr. c. 5. Vinn. lib. 2. select. quest. 31. Flunn. var. resol. lib. 3. tit. 1. q. 37. & alii.*

Quæres. Si unus ex pluribus fratribus liberos habens portionem suam repudiet, an ea tunc aliis fratribus vel fratrum defunctorum filiis: an verò repudiantis filii debeatur? posterius affirmo cum *Barry de success. lib. 18. tit. 2. n. 1. post med.*

Quæres. Quid si quis mortuus reliquerit ex uno defuncto fratre nepotem unum, & alium fratrem adhuc vivum sex v. g. filios habentem, an tunc ipse portionem suam repudiare hoc effectu possit, ut sui filii sex cum filio alterius defuncti unico in capita succedere valeant? affirmat *Stryk. diff. 3. c. 1. §. 11.* sed rectè sentiunt alii, qui repudiantis filios hoc casu admittunt quidem, sed non aliter quàm in stirpes, ita *Hartm. pract. obs. lib. 2. tit. 43. obs. 12. Null. ad Jusv. Th. 34. lit. B. h. t.*

Fratres per subsequens matrimonium legitimi, eorumque liberi eodem jure gaudent, quò legitimè nati, legitimitati vetò per rescriptum, vel considerantur inter se, & sibi invicem succedunt; vel considerantur cum respectu ad fratres ex iusto thoro legitimos, & iis non aliter succedunt, quàm si legitimitati fuerint, illis nondum natis.

Fratres legitimi tantùm sibi invicem non succedunt, nisi ab ascendente fuerint adoptati, tunc enim ex capite naturalis conjunctionis & sibi invicem, & agnatis cognatisque adoptantis succedere possunt *nov. 118. c. 4.* quod si ex capite adoptio-

(13):
adoptionis succedere velint, possunt quidem, sed solum agnatis adoptantis succedent, & casu quo adoptio per emancipationem dissoluta non fuerit, *L. pen. in f. Cod. de adopt.*

LXVI.

EX damnato coitu geniti indistinctè ab omnium transversalium successione arcentur, tales enim non sunt digni nomine filiorum aut fratrum. *Arg. nov. 74. C. ult. & nov. 89. in f.* Spurii quoque & bastardi nemini collateralium paternæ lineæ, bene tamen collateralibus maternis æquali cum legitimis jure succedunt, *Forst. lib. 8. c. 11. n. 4.* & tamen spurii de jure communi matri illustri legitimos habenti non succedat, cum tamen hujus matris suæ collateralibus unâ cum legitimis succedere contra *Stryk. diff. 3. c. 1. §. 38.* defendo cum *Forst. L. cit. n. 12.*

LXVII.

Ultra fratres & fratrum filios vocantur ceteri collaterales secundum gradus prærogativam, adeoque proximior in gradu excludit remotiorem nullâ vinculi duplicitate attentâ *Hannold. conr. 4. n. 521.* bene numero immediatè sequenti doctè refellit *Joan. Harp.* hoc in passu communi DD. sententiæ contrarium.

LXVIII.

Quæres. Ad quotum usque gradum sese extendat successio collateralium? sunt, qui cum decem graduum limitibus coarctent, inter quos *Wurmserus, Mysing. Schneid.* sed probabilius videtur cum *Forst. de success. lib. 3. cap. 10. n. 2. Merz. in spec. success. p. 2. cap. 4. sect. 6. n. 41. Stryk. d. diff. c. 1. §. 28. & seq.* collaterales in infinitum, modo gradus proximitatem docere possint, admittendos esse.

CLASSIS QUARTA

DE

Successione Conjugum.

LXIX.

In defectu liberorum, parentum ac propinquorum sibi invicem ab intestato succedunt maritus & uxor: liber hanc successiõnem, 1. secundum pacta ordinariè confici solita, 2. juxta statuta & consuetudines locorum, ubi mariti domicilia habent, 3. denique conformiter juri communi examinare.

LXX.

Si tempore contracti matrimonii, aut sponsaliorum inter conjuges pacta dotalia celebrata fuerint, iisque cautum inveniatur, quid maritus de dote, vel uxor de donatione propter nuptias soluto matrimonio lucrari, aut etiam de aliis bonis defuncti conjugis consequi debeat, pacta hæc primo loco serventur, necesse est.

LXXI.

Neque obstat, quod inspecto jure civili pacta de hereditate viventis inita, esto bilateralia sint, improbentur, *L. 4. Cod. de inutil. stipul. L. 19. Cod. de pact.* pacta enim conjugalia totius Germaniæ consuetudine in Camerâ Spirensi approbatâ, fuerunt recepta teste *Gail. 2. obs. 117. n. 6. & Mysing. 2. obs. 33. n. 10.*

LXXII.

Pactis dotalibus non extantibus recurritur ad specialia statuta & consuetudines locorum, quæ si circa successiones conjugum contra jus commune ali-quid continent, eidem derogant, *Arg. L. 9. de f. & q. & L. 32. pr. ff. de LL.*

LXXIII.

At tenditur autem in hac conjugum successione statutum, non loci, ubi contractum matrimonium, sed ubi ultimo domicilium habuit maritus. *Nerv. ad Jus Lubec. p. 2. T. 2. artic. 12. n. 397. ubi num. 99.* hoc ampliâ, etiam si uxor nesciverit statuta loci, quorsum cum marito se conferat, consentiendo enim in mariti

D

perfo-

personam; in eius quoque forum & domicilii jura consensisse censetur. Quod & obtinet, si uxor descendendo maritum se in patriam recipiat, *L. si uxor 4. 2. ff. de judic. confer. Nobiliss. Dom. Jo. an. Christoph. Herold. Tract. de jure Represent. cap. 1. §. 14.* ubi præjudicia adducit & n. 27. subjicit etiam ipsa pacta dotalia, licet alibi contracta secundum statuta loci, ubi maritus domicilium habuit, interpretanda esse. Statutaria portio non debetur conjugii, nisi quoque illo jure statutario subsistat Matrimonium. Vid. elegans respons. jur. penes *Stryk. diss. 4. cap. 3. n. 5.*

LXXIV.

Quæstio hic occurrit tam intricata, ut teste *Mynsing. cent. 6. obs. 78.* imperatoriâ decisione & pragmaticâ sanctione indigeat, & in quâ interpretes tanquam mures in pice hæere asserit *Cyprius de spons. cap. 5. §. 76.* An scilicet statutum, quod defert ultimo superstiti conjugii successionem, etiam ad sponfos extendatur? super hac quæstione videatur *Cothm. Vol. 2. Resp. 38. Gail. Lib. 2. obs. 80. Card. Tusch. Tom. 7. Pract. conclus. Lit. 5. conclus. 511. n. 58. Roland. à Valle in Tr. de Lucr. dot. Quæst. 106.* cum quibus distinguo inter sponfam de futuro, & sponfam de præsentii, illam excludunt à successione, sponfam verò de præsentii admittunt. Ad evitandas autem contentiones, vide cautelam quam suggerit *Gail. obs. 80. n. 14.*

LXXV.

Quod si nec pacta dotalia, nec particularia statuta, aut consuetudines locorum suppetant, jus commune attenditur, circa quod successio prætoris fecerenda à jure civili, jure prætorio conjuges admittebantur ad mutuam successionem excluso fisco, concessâ ipsis bonorum petitione ex edicto *unde vir & uxor.*

LXXVI.

Justinianus Imperator verò processit ulterius, ac sancivit, ut, si matrimonium fuerit indotatum, ac maritus defunctus locuples, uxor autem superstes inops, ista marito etiam succedat in casu concurrentium liberorum, capiaturque quartam omnium bonorum, si liberi sint tres vel pauciores, aut portionem virilem, si plures sint, quàm tres liberi, quibus tamen utroque casu accepta quantitas proprietatis servare tenetur, solo usufructu ad dies vitæ penes eam remanente; si nulli liberi adsint, superstes quartam pleno jure capit. *Auth. præterea. Cod. unde vir & uxor.*

LXXVII.

Quæres. Quis locuples decessisse dicatur, ad hoc, ut successio inter conjuges locum habeat? *Res. id expressâ lege cautum non esse, hinc merito judicis arbitrio hoc decidendum relinquitur Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæst. 2. Lib. 2. cas. 65. n. 7. Sarr. de aliment. Tit. 9. §. 37.* inopia perinde arbitrio judicis æstimanda & determinanda *Novob. d. cas. 65. n. 7.* Modum determinandi suggerit *Petr. Gadelin. de jur. noviss. Lib. 2. c. 16. §. porro.*

LXXVIII.

Quæ inopia præcisè tempore mortis spectanda venit, unde si tempore mortis, dives sit superstes, postea vero bonis labatur; jus petendi quartam amittit, nisi fortè ex æquitate talem viquam alendam esse ab hæredibus mariti dixerit *D. Kobl. de success. conjug. p. 2. n. 55.* ex quo sequitur, quod si fortè post mortem conjugis superstiti hæreditas acquiratur, eundem à beneficio hujus quartæ exclusum non esse. *L. si prædium 23. in fin. Cod. de jur. dot.*

LXXIX.

Quæres. Si uxor ipsa inopiâ quidem laboret, parentem tamen divitem habeat, an adhuc quartam ex bonis mariti petere possit? affirmat id *Berlich. p. 3. conclus. 26. n. 14. Thoming. decis. 40.* verum ego cum *Stryk. diss. 4. c. 1. §. 21. Mud. ad tit. C. unde vir & uxor.* in negativam inclino, idem dicendum, si pactis dotalibus certa summa promissa, quæ conjugii superstiti, in casum mortis præstanda, cum hoc casu inopia allegari nequeat. *Stryk. d. c. 1. §. 23.* ubi præjudicio hoc illustrat. Quarta autem mentionata non jure hæreditario sed speciali legis beneficio conjugii superstiti competit, dissentit *Kobl. p. 2. n. 93.* & per consequens ea non est hæreditatis sed bonorum, *Stryk. d. diss. 4. c. 1. §. 27.*

EX quo inferes primò. Quod, si aliquis ex liberis cum superſtite conjuge in ſucceſſione concurrentibus deficiat, vel portionem ſuam repudiet, conjugi jus accreſcendi non competat, unde ſi quis v. g. decedat relicta uxore & filio unico, filius verò portionem ſibi competentem repudiet, portio vacans non uxori acquiritur, ſed potiùs ad aſcendentes devolvitur.

LXXXI.

Inferes ſecundò. Uxorem ad legata ſolvenda adſtrictam non eſſe, non enim in arbitrio teſtatoris eſt gravare uxorem pro lubitu, cum ex legis, non teſtatoris beneficio hanc portionem capiat, hinc nec teſtamento minui multò minus adimi poteſt, *Berlich. p. 3. concl. 26. n. 24. Gail. 20. O. 119.* neque huic quartæ obſtat confiscatio bonorum, *Maſtrill. decif. 283.*

LXXXII.

Inferes tertio. Si v. g. defuncti hæreditas poſt mortem notabili quodam incremento augetur, per hoc tamen quartam illam conjugis ſuperſtitis non augeri, ſi verò hæres eſſet, clarum foret quartam augeri, cum enim hæreditas ipſa augmentum recipit, portiones quoque hæreditarias augeri neceſſe eſt *Stryk. d. diſſ. §. 30.*

LXXXIII.

Quæres. An in caſu, quo mulier dotem quidem aliquam, ſed ad eò exiguam habet, ut ſibi alendæ non ſufficiat, adhuc quartam petere poſſit? *Re. affirmativè. Hab. obſ. ad Weſen. tit. unde vir & uxor n. 2.* interim juſtum tamen eſt, ut doſ illa modica in quartam ab uxore petitam imputetur, ut ſic liberi vel alii hæredes ad ſupplendam quartam duntaxat ſint adſtricti *Berlich. p. 3. concluf. 26. n. 18.* idem dicendum de legato uxori à marito relicto, hoc enim & quartæ impu- tandum, & quod deſt ſupplendum. *D. Kobl. p. 2. n. 110.* quod extendo etiam ad eum caſum ubi non quantitas, ſed ſpecies certa uxori legata.

LXXXIV.

Quæres. Quid ergo, ſi legatum mariti ad eò amplum ſit, ut commodè vivere poſſit, an nihilominus jus agendi ad ſupplendam quartam habeat, forte in ſuppletiffima defuncti mariti ſit hæreditas? *Re. uxorem nihilominus ad quartæ ſupplementum agere poſſe, cum indiftinctè hoc ei concedat Imperat. Imò alioquin in mariti poteſtate foret defraudare uxorem inopem portione hac à lege conceſſa, ſi legatum aliquod minùs quartæ relinqueret. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 39. n. 9. D. Brunn. Comm. Cod. ad Auth. præterea.*

LXXXV.

EX quo è contrario ſequitur, ſi uxori vivo marito ab alio legatum relictum, quod quidem quartam bonorum mariti non attingat, ſufficiat tamen uxori ad ſuſtentationem, uxorem poſtea ſuccedere marito, vel ſupplementum quartæ peterè non poſſe; habet enim uxor, cum moritur maritus, tantum quantum opus habet, nec denum per mortem mariti ſibi acquirit, unde & DD. concludunt, uxorem legatum tale ab extraneo relictum repudiare, & quartam ex bonis mariti acceptare non poſſe. *Surd. d. L. Francif. Barry de ſucceſſ. Lib. 18. tit. 4. n. 15.* de quo tamen dubitat *Stryk. d. diſſ. §. 34.*

LXXXVI.

Liberis defuncti conjugis non exiſtentibus cum cæteris cognatis, ſive aſcendentes, ſive collaterales fuerint, itidem ſuccedit ſuperſtes, *Capriol. de ſucceſſ. ab inceſſ. lib. 4. n. 31.*

LXXXVII.

Quæres. An uxor concurrens cum parentibus in quartâ ſuâ plenam proprietatem capiat; an verò tantùm uſusfructus jure ſuccedat? *Re. uxorem diſto caſu in plenam proprietatem ſuccedere Berlich. p. 3. concluf. 26. num. 28. Rittersbus. ad not. 11. p. 7. concl. 26. n. 28.*

LXXXVIII.

Quæres. An uxor cum aſcendentibus, vel collateralibus concurrens, virilem tantùm capiat portionem, ſi plures tribus adſuerint, an verò quartam indiftinctè capiat? priùs aſſirmant *Francif. Barry de ſucceſſ. lib. 18. tit. 4. n. 11. D.*

Xobl. p. 2. n. 69. Brunnen. comm. Cod. ad autb. prieterea Berlich. part. 3. concl. 26. n. 30. Gudeim. de jur. noviss. lib. 2. c. 16. §. si cum filiis alii tamen indistin& hoc casu quartam assignant uxori, quorsum inclinat Struv. Exercit. 38. ib. 38. Rittersbus. d. n. 11. Sed priorem uti communiorē, ita probabiliorem quoque teneo cum Stryk. diss. 4. cap. 1. §. 41.

LXXXIX

Quæres. Licetne marito inopi in casu defunctæ uxoris quartam hanc perinde petere, ac uxori? *Re. affirmativè Andr. Gail. lib. 2. obs. 98. n. 5. Berlich. part. 3. concl. 26. n. 28. dissentit Cujacius ad novell. 53. Barry de successi. lib. 18. tit. 4. inf.*

CLASSIS QUINTA

DE

Successione Collegiorum & Fisci,

XC.

Post conjuges admittuntur collegia quædam, sic mortuo decurione succedit curia *L. 4. Cod. de hered. decur. & mortuo naviculario corpus naviculariorum L. 1. Cod. eod. cohortali sine hæredibus defuncto ejusdem provincie cohortales, fabricensium corpus fabricensium succedunt L. 3. & ult. Cod. ibid. similiter academicis academia, militibus legio succedit remoto fisco L. 2. Cod. d. t. quibus non immeritò accensemus primò Ecclesiam respectu bonorum Clericorum patrimonialium C. 1. de successi. ab invest. L. 20 Cod. de Episc. & Cleri. nov. 131. c. 13. inf. multò magis in ordine ad bona ab ipsâ Ecclesiâ profecta C. quicunque caus. 12. q. 3. c. ult. d. caus. 12. q. 5. c. 7. & 9. de testamentis videatur P. Engel. Colleg. jur. Can. L. 3. tit. 27. §. 3. n. 22. ità ut in prædictis bonis succedat remoto penitus fisco. Secundò socios liberalitatis Imperialis, si enim duobus ab Imperatore aliquid donatum fuerit, alter verò eorum sine hærede decesserit, statuit *Imp. Constant.* ut ad confortem potiùs solatium quam ad aliam personam extraneam perveniat. *L. un. Cod. si Liber. Imper. Soc. sine hered. decess.* & hanc successionem præjudicio firmat *Ambros. Seburer de successi. tit. 17. lim. 2.* Successio autem hæc sociorum tantùm partialis est, nec ultrà rem donatam extenditur. Hinc si fiscus cum socio liberalitatis imperatorie in successione consortis concurrat, in redonatâ socius solus succedit; hæreditatem reliquam capit fiscus, ut hinc merito crassum errorem quorundam appellet *Jacob. Godofr. in Cod. Theod. l. 2.* qui socium in omnibus consortis bonis admittunt, excluso fisco. Tertio hæredes vel piam causam quoad bona decedentium in exteris regionibus *Autb. omnes peregrin Cod. communia de successi.* quæ constitutio non observatur à Gallis, apud quos jure quodam speciali fiscus succedit peregrinis decedentibus in regno. Excipiuntur tamen Germani, qui studiorum causâ in Galliâ peregrinantur, & matriculæ nationis Alemannicæ inserti sunt: hi enim ibi decedentes bona sua ad propinquos transmittunt, excluso fisco. *Simon à Grenov. vege de legib. adrog. ad d. Autb. omnes Peregrini.**

XCI.

Quæres. Si Monachus de minùs strictâ, ad religionem strictiorem transeat, an prius vel postetius monasterium succedat? (super hæc questione vide *P. Engel. x. de transunt. ad relig. n. 65.*)

XCII.

Recitatis collegiis & aliis fiscum excludentibus tandem nunc ultimo loco succedit fiscus; id est, Thesaurus Principis, sive publica pecunia ad conferendam Principis Maiestatem destinata, cui post factam publicam proclamationem, & nihilominus nemine hæredum intra præfixum terminum componente vel componente quidem, sed hæreditaris indigno, bona tanquam vacantia jure superioritatis cedunt, modò illa intra quadriennium agnoscat *L. 41. §. Cod. de bon. vacans.*

XCIII.

Quæres. Si fiscus in bona vacantia succedat, an ad legata solvenda sit adfructus? negant *Rosenhal de feud. cap. 5. concl. 53. n. 2. Peregr. de iur. hif. lib. 4. tit. 3. num. 26.* verum affirmativa videtur verior, per *L. 96. §. 1. ff. de legat. 1.* quam sententiam quoque tenent *Stryk. diff. v. cap. 1. §. 51. Mey. ad Jus Lub. P. 1. tit. 2. Art. 14. num. 8. 4. Boer. de regal. cap. 3. n. 37.*

XCIV.

Quæres. An fiscus ad res alienum exsolvendum teneatur? *Re. affirmativè verum ultra vires hereditarias non tenetur, in quo DD. consentiunt communiter per L. 1. §. 1. ff. de iur. fisci. Boer. d. tr. c. 3. n. 34. Roland à valle tr. de invent. hered. p. 2. quest. 12. n. 2. Mey. ad Jus Lubec. d. 1. n. 45.* An autem fiscus ad confiscationem inventarii sit obligatus; vide latè penes *Stryk. d. diff. cap. 1. §. 52. & seq.* Hæc sunt, quæ de successione pro tenuitate meâ publicâ disputationi subiecti, plura desiderans, adeat auctores super hæc materiâ latius scribentes. Interim hi scæ aliqua de successione ex pacto familiarium illustrium, seu confraternitatum adungere lubet.

XCV.

Pactum confraternitatis germanicè *Erbverbrüderung* et *Erbvereinigung*/ auch *Erbvertråg und Burgfrieden* dicitur, quod sit conventio inter principes & personas illustres Imperatoris autoritate accedente inita, ut hæredibus masculis unius familiæ deficientibus, in alterâ familiâ pacificè superstitibus in bona & principatus familiæ extinctæ succedant *Serwv. Exercit. 38. th. 48.*

XCVI.

Tales confraternitates olim inter Reges Bohemiæ & Archiduces Austriæ: inter Saxoniam Duces & Comites Hennebergæ: inter Marchiones Brandenburgicos & Pomeraniæ Duces: inter Landgravios Hassiæ & Comites Cattimelobencenses intercessisse putant, quæ omnes suum effectum consecutæ vid. *Stryk. diff. 8. c. 6. §. 1. & ibid. alleg. DD. pactum tale inter Serenissimos Principes Palatinos & Baviariæ Duces adhuc custodiri testatur Schonborn. lib. 2. politic. c. 13. Besold. de Elect. & Success. Reg. lib. 1. diff. 13. n. 3.* tale etiam secundum viorum sententiam Anno 1373. inter Serenissimos Saxoniam Duces & Hassiæ Landgravios in initum (quibus postea Anno 1587. Accesserunt Marchiones Brandenburgenses, *Limn. L. 4. c. 8. n. 172.*) vigorem suum adhuc habet, *Carpz. de Leg. Reg. Germ. cap. 6. sect. 7. d. n. 13. usque ad 20.* rationes cur pacta tolerentur, varias vide penes *Gail. 2. obs. 127.*

XCVII.

Pactum confraternitatis dividitur primò in universale, quo de omnibus paciscentium Principatibus ac universo illorum patrimonio disponitur, qualis confraternitas est Saxon-Hassiacæ *Carpz. in diff. de confrat. Saxon. Hassiacæ c. 5. th. 55. & 57. & particulare, quod super certo duntaxat Principatu, aut de certâ bonorum parte inicitur; estque rursus vel ex utroque latere universale aut particulare, vel universale ex uno & particulare ex altero, qualis confraternitas fuit à parte Ducum Saxoniam cum Henneberg Comitibus inita; hi namque totum Comitatum, illi tantum ditionem Coburgensem in confraternitatem deduxerunt. *Stryk. d. diff. c. 7. §. 12.**

XCVIII.

Secundò in reciprocum & non reciprocum, ejusmodi confraternitas ex uno latere tantum consistens, fuit inter Landgravios Hassiæ & Comites Cattimelobencenses *Stryk. L. cit. §. 14. Lim. de 7. P. lib. 4. cap. 8. n. 175.* & inter Marchiones Brandenburgicos & Pomeraniæ Duces, scil. ut illi saltem his succederent, *Monzamb. de Stat. Imp. Germ. cap. 3. §. 3.* donec Anno 1571. factum reciprocum ratione hujus Marchiæ *Limn. com. 4. add. ad Lib. 4. c. 8. n. 175.* simile pactum inter Archiduces Austriæ & Duces Wurtembergæ adhuc viget. *Myster. de Princip. & Stat. Imp. p. 1. c. 25. §. 5.*

E

XCIX.

Finis harum confraternitatum est publica utilitas & tranquillitas, faciunt enim ad familiarum splendorem ac incrementum, firmamque inter eos amicitiam stabilendam; item ad subditorum utilitatem, quorum interit, ne familiam regnante extinctam bellis involvantur, tandemque alienis & ignotis dominis subiciantur *Gail. 2. obf. 127. n. 2. quas & similes causas fufius vid. penes Myler. ab Ehrenbach. l. cit. §. 8. & seqq.*

C.

Pactum hoc ineunt Principes & familiae illustres summo imperio praeclatae, quibus etiam annumerandi veniunt Imperii nostri Germanici Principes, quibus superioritas territorialis competit; quin igitur Electores; Principes, Comites confraternitates inire possint, prorsus dubio caret *Rhetz. comment. ad 1. feud. §. 4. n. 20. p. 353.*

CI.

Quæres hic primò? An ex hoc pacto unà cum principatu etiam dignitas eidem cohaerens v. g. Electoratus in aliam familiam transeat? negativam post plures DD. veriore iudicat *Stryk. diss. 8. c. 7. §. 15.*

CII.

Quæres secundò. An immediati Imperii Nobiles confraternitatum capaces sint? *pr. affirmativè Arg. §. 40. Capitular. Ferdin. IV. & §. 39. Capit. Leopoldin. a. Myler ab Ehrenbach loc. cit. §. 23.*

CIII.

Quæres tertio. An privata familia domus aut progenies similes conventiones & pacta inire possit? hanc quaestionem vid. ex professo tractatam penes *Andream Tyrquell. in Tr. de iur. Primog. quaest. 16.* ubi auctoritates DD. tam pro affirmativam quam negativam adducit.

CIV.

Essentialis pacti mentionati forma consistit in nudo paciscentium consensu *Ritter. de confrat. th. 3. 6.*

CV.

Ad accidentalem formam pertinet consensus Domini Feudi, ob bonorum in confraternitatem deducorum qualitatem, cum vi huius pacti in alienam transeat familiam, nulli autem vasallo circa feuda disponere licitum sit. *1. feud. §. 1. & 2. Feud. 52. & 55.* ideoque confraternitates Principum Imperii neglecta confirmatione Imperatori non subsistunt, nec effectum ullum sortiuntur. *Carpz de confrat. §. 37. n. 32.* etenim potest Dominus feudi causam cognitionem instituire, ut ipsi perspicuum fiat, an eiusmodi confraternitas sibi & suo in patrimonio futuro sit, nec ne? *Gail. 2. obf. 127. n. 6.* unde repulsam tulisse Principes Anhaltinos, cum Woldemaro Marchione Brandenburgensi sine liberis defuncto Marchiam peterent ex pacto, quod Imperator non confirmaverat, refert, *Peucer. 5. Chron. in vita Ludovici Bavarii.* quantum roboris Caesarea confirmatio habeat, id fati patet ex exemplo penes *Merz. de success. p. 1. c. 3. n. 46.* relato.

CVI.

Quæres quartò. An Serenissimorum Electorum Consensus hodie quoque necessarius? hunc etiam post capitulationem Caroli V. confraternitatum de feudo regali majoris momenti iniris accedere debere, communis est sententia. *Gutrieb. de confrat. th. 6. Lim. de iur. Publ. lib. 5. c. 8. n. 153. Carpz. th. 47. & disp. feud. 7. qu. 3. a num. 22. it. ad L. Reg. Germ. cap. 6. sect. 7. n. 38. 39.*

CVII.

Confraternitates de feudis Electoralibus absque consensu aliorum Electorum, solà Imperatoris auctoritate accedente, rectè ineuntur, *Rymel. ad A. B. diss. 7. th. 11.* prout & Imperator Electorali familia extincta eam dignitatem conferre potest absque aliorum Electorum consensu. Placet hic aliqua posterio-

rum

)(19)(

rum temporum Exempla adducere, primum Sigismundi Imperatoris, qui ex potestate Cæsareâ absque consensu Electorum (ut probat *Carpz. ad Leg. Reg. cap. 7. §. 3. n. 24.*) Saxoniz Electoratum vacantem Friderico Bellicoso Marchioni Misnie contulit Anno Christi 1423. *Fabric. lib. 7. Orig. Saxon.* ejusdem Sigismundi Imperatoris beneficio Fridericus V. Burggravius Norimbergensis Anno Christi 1415. creatus Elector Brandenburgicus *Munster in Cosmogra. Lib. 3. cap. 477.* secundum Exemplum Caroli V. Imperatoris, qui propria autoritate ex potestate Cæsareâ Electoratum Saxoniz in castris ad Wittebergum Mauritio Saxoniz Duci concessit. *Bugenhagen in histor. belli Germ. Job. Sleidan. lib. 19. hist.*

CVIII.

Effectus confraternitatis variis vid. penès *Stryk. diss. 3. c. 7. §. 30. & seq.* precipuus & maximè principalis in eo consistit, quod ejus vi & efficaciaz stirpe alterius extinctâ ad alterum hæreditario quasi jure devolvatur Principatus *Warem. de feuder. 1. c. 2. n. 36.*

CIX.

Tollitur confraternitas ritè inita. Primò postquam per defectum masculorum in unâ familiâ Principatus & bona ad alteram ex vi pacti devoluta sunt. Secundò mutuo dissensu *Carpz. de confrat. lib. 36. n. 35. 36.* unius verò dissensu non tollitur *Klock. rom. 7. conf. 150. n. 18. 19.* Tertio, aliis ex causis ob quas & fœdera dissolvuntur, de quibus vid. *Sprenger. lib. 2. Inst. jur. Pub. c. 19. in fin.*

C O R O L L A R I A,
S E U

A s s e r t i o n e s m a g i s c o n t r o v e r s æ

D E'

S u c c e s s i o n e F e u d a t i.

I.

SI quis feudum acquisiverit sibi & suis hæredibus utriusque Sexûs, fœminæ simul cum masculis non succedunt; secus dicendum, si feudum acquisitum sit: ut masculi cum fœminis succedant.

II.

Fœmina semel ad successionem feudi admissa, per supervenientem postea masculum non excluditur, sed quamdiu vivit, feudum retinet.

III.

Fœmina semel per masculum à successione feudi exclusa, perpetuò non manet, sed deficientibus aliquando masculis rursus ad feudum admittitur.

IV.

Primogenito decedente nepos secundogenito in successione v. g. regni aut comitatus &c. præferendus est.

V.

Primogenitus potest juri suo renuntiare, hinc volente primogenito, secundogenito Electoratum reliquit Fridericus Elector Brand.

JUSrepresentationis jure feudali in lineâ descendentium in infinitum extendimus.

Liberi per subsequens matrimonium legitimi ad successionem feudi admittuntur, etiam si feudum sit concessum pro se & liberis legitime natis.

Casu quo pater ad successionem feudi admittitur, fratres defuncti vasalli cum eo concurrunt.

Pater à successione feudi exclusus usufructum in feudo filii non habet.

Filius (secus ac agnatus) feudum solum nequit habere reliquâ hereditate allodiali repudiâtâ.


Frater germanus jure feudali non excludit consanguineum præterquam in Ducatu Juliz & Montium) adeoque fratrum consanguineorum filios cum germanis fratribus concurrere sustinet.

Fratrum filii sicuti in allodiis, ita quoque in feudis succedunt in capita.

Jure feudali computatio graduum Civilis, non Canonica servanda est.

F I N I S.





KL 497

47

(X2258672)

W 177 00

ML





*ÆqVa CastrorVM aCles or Dinata,**
*per MVLTas CLasses DIstrIbVta,**

SIVE
THESES INAUGURALES
DE
SUCCESIONE
AB

INTESTATO.

QUAS

CaMpo DIVæ Astrææ InCrVento,*
sVb CLypeo & GaLeâ sVpreMI Del,*

AC

PRÆSIDIO

PRÆNOBILIS CLARISSIMI, & CONSULTISSIMI
VIRI ac DOMINI

D. JOANNIS NABBEN

Juris Utriusque Doctoris, Inclitæ apud Ubios Facultatis
Juridicæ Professoris Ordinarii ac Dictatoris,

NEC NON

PRÆNOBILIS CLARISSIMIQUE VIRI ac DOMINI

D. ERNESTI SALENTINI WALTHERI

CURTII à Goltzheim / Juris Utriusque Licentiatii, & Facultatis
Beneficæ Fisci,

sVb rItV aCaDeMICO

pro LaVreâ aC paLMâ IVrls reportandâ,*

In congressu publico disceptandas propugnabit

FRANCISCUS WILHELMUS BERTRAMUS
CLAPHAWER COLONIENSIS,

Die Mensis Aprilis.

COLONIÆ AGRIPPINÆ.

Typis VIDUÆ PETRI THEODORI HILDEN
Cum Privilegio Venerandæ Facultatis Juridicæ